



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

96 A vindictæ cupiditatis abhorrere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM XCVI.

Vindictæ nō
esse cupidū.

A VINDICTÆ CVPIDITATE
abhorrere.

1. **L**udovicus XI. Gallorum Rex, cum à suis
leneretur, vt iam ad regnum accitus, om
iniurias, quas dum Aurelianensium Dux fu
acceperat, vindicaret, respondit: Nō decere
lorum Regem iniurias Ducis Aurelianensis
dicare. *Scip. amer. s. diss. disc. s.* Rectè etiam
Plato, de Repub. oportere Iudices duo hæc
per ob oculos sibi proponere, vt in ferēda de
tunis aliorum sententia auaritiā; in castig
hominibus vindictæ cupiditatem nullam
ferant. Vide loc. *de calumn. & conuictis.* In
vindictantium iniurias vide in *Theat. hist.*
2. *Vlysses* sciscitanti num ex inimici Aiace
bie & calamitate voluptatem caperet, re
dit, sibi triste id spectaculum videri. Quam
moderationem *Minerua* laudat apud *Sophocle*
in *Aiace*, cum inquit: Si hoc animo semper
ris, superis charus eris, & vitam feliciter e
tuam.
3. *Dion Syracusanus*, etsi identidem in eū
actus esset, tandemq; à ciuibus in patriam
catus, minimè tamen vltū iuit iniurias à patri
libus sibi illatas: imò *Heraclidem* hostem
næ dignitati restitui mandauit: cum *Sapientia*
nes (vt aiebat) malos emendari, & multat
dem beneficijs videamus. *A Emil. Prob.*
4. *Epaminondas* ciuium suorum iniurias sem

patientissimè tulit, dicens: nefas esse patriæ irasci, ut parentum iniurias vltisci pietas vetat. *Idem.*

5. *Iulius Cæsar* similtates contra nullos tam graues vnquam excepit, ut non oblata occasione libes deponeret. Pompeio inimico statuas à populo dejectas cum reposuisset, Cicero dixit: Cum statuas Pompeij collocaſti, ò Cæsar, tuas constabilisti. *Plut. de vit. cap. ab inimic.*

6. *Vespasianus Imp.* offensarum & inimicitiarum minimè memor, vel executor: Vitellij hostis sui filiam splendidissimè maritauit, dotauique, &c. † *Sueton. cap. 14.*

7. Cum *M. Bibulus* in Prouincia Syria moraretur, duos egregiæ indolis filios à Gabinianis militibus occisos esse cognouit. Quorum interfectores ad eum vinctos Regina Cleopatra misit, ut grauissimæ cladis vltionem arbitrio suo exigeret: at ille oblato beneficio, quo nullum maius iugenti tribui poterat, dolorem moderationi cedere coëgit, carnificesque sanguinis sui intactos è vestigio ad Cleopatram reduci iussit, dicendo: potestatem huius vindictæ non suam, sed Senatus esse debere. *Val. lib. 4. cap. 1.*

8. *Ludouicus XII. Gallia Rex* vnum hoc ingenuè & maximè principio administrationis vouisse dicitur, ne vnquam iniuriarum, quæ ab inimicis priuatus acceperat, vltor ipse ac vindex esset: sciebat enim cum Consule illo Romano: iniuriam, etsi iustam, minimè tamen in Magistratu exercendam. *Lin. lib. 42.*

9. *Fridericus Imp.* victis in Hungaria Gunzientibus: Magnum, inquit, actum est opus; nunc autem manus restat, ut vincamus nosmetipsos, atque vltiscendi cupiditati frænos imponamus. *Æneas Sylu. 2. de gestis Alphons.*

Sff

SIG-